....nobilis Gaufridus de Torreves, sanus mente per dei gratiam, licet aliquali infirmitate gravatus, volens et cupiens, dum in sua bona et valida memoria consistit disponere et ordinare de bonis, rebus, et facultatibus suis ne inter natos et successores suos questionis materia valeat oriri, suum ultimum testamentum nuncupativum, dispositionem et ordinationem nuncupativas fecit, disposuit et ordinavit ut sequitur infra: et primo comendavit animam suam altissimo creatori, Virgine Marie eius matris, et toti agmini celesti, et iussit corpus suum sepeliri dum anima ab eo erit sublata in semiterio Sancti Stephani in tumulo parentum suorum, et legavit pro gadio suo spiritali denarios XIII. Item legavit capellano curato ecclesie de Torreves dum intererit in sua sepultura den. XII. Item legavit cuicumque alteri sacerdoti in dicta sepultura interessenti denarios VIII. Item legavit clerico defferenti crucem denarios VI. Item legavit amore dei in redemptionem anime sue ,parentum item ,et pro missis celebrandis videlicet pro uno trentenaro fiendo in dicta ecclesia de Torreves, videlicet solidorum XX, celebrandis per dominum Raymundum Faverii, infra annum unum post obitum meum⁷³. Item legavit dictus testator dilecte sue filie Sparrone, uxori magistri Guillermi Maleti, notarii de Bariolis, jure institutionis et ultra per me sibi promissam, videlicet solidos quinque, in qua quidem dote et soludis quinque ipsam heredem sibi instituit et quod nil amplius petere possit in bonis suis. Item similiter legavit dictus testator dilecte sue filie Silete, uxori Antonii Bertrandi de Aquis, jure institutionis et ultra dotem sibi promissam per me, videlicet soludos quinque, in qua quidem dote et soludis quique, ipsam heredem sibi instituit et quod nil amplius petere possit in bonis suis. Item similiter legavit dictus testator dilecte filie sue Baudete, moniali monasterii Artecelle, jure institutionis et ultra illa que habuit in introitu sue religionis, videlicet soludos viginti, in quibus heredem mei instituo et quod nil amplius petere possit in bonis suis. Item legavit dictus testator dilecte uxori sue , Beatricide Ture, et voluit et ordinavit quod ipsa sit usufructuaria omnium bonorum suorum quorumcumque ad vitam suam t(ota)m, absque confectione inventarii et alia solemnitate, et quod de fructibus ipsorum bonorum faciat pro libito voluntatis, absque aliqua contradictione. Item legavit dictus testator jure legati et institutionis dilecto

⁷² belle affaire: les 57 trenteniers restants valent 570 florins!

⁷³ Meum pour eius : première intrusion de la première personne dans un testament rédigé à la troisième.

filio suo Hugone de Torreves, et ultra partem hereditatis subscribe, videlicet hospicium suum de Turri cum toto mobili sive foyre in eadem sistenti.

Et quia heredis institutio est caput et fundamentum totius testamenti, idcirco in omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, ubicumque sistentibus, quibuscumque et quorumcumque nomine nuncupentur seu censeantur, heredes suos universales instituit, videlicet dilectos filios suos, Hugonem et Gaufridetum, equis portionibus, ultra domum predictam de Turri, quos hore⁷⁴ suo proprio nominavit et appellavit ; et si unus ex ipsis decederet absque prole seu prolis ex eius corpore procreatis ; substituit ei supraviventem seu suos ; et si ambo heredes decederent sine prolis ex corpore eorum procreatis, substituit eis supradictas filias suas Sparronam et Siletam et suos.

Hoc est suum ultimum testamentum nuncupativum quod valere voluit item

Et si quod testamentum item

Cassans item

Gadiatores suos et huius testamenti exeutores fecit et ordinavit capelanum curatum qui pronunc est, aut pro tempore futuro erit et dominum Raymundum Faverii.

Quibus item

Et Requisites testes

De quibus dictus testator petivit sibi, legatariis et dictis heredibus, fieri publicum et publica instrumenta ac condicionibus suis item

Acta fuerunt hec Torreves, infra domum dicti testatoris dicta⁷⁵ de Turri, in camera dicte domus, presentibus ad hec domino Petro Sanctigeorii, domino Johanne Marchesi, priore de Sayssonno, Petro Jaumardi de Masalgis, Antonio Monnerii, Guillermi Carleti, Jacobo Carleti, Esbrandi Roque, Johanne de Selhono, Fulcone Carleti et Salvatore Arlenque.

(...)Et il a ordonné que son corps soit enseveli, lorsque son âme s'en sera envolée, dans le cimetière St Etienne, dans le tombeau de ses parents, et il a légué pour son gage spirituel douze deniers. De même, il a légué au chapelain, curé de l'église de Tourves lorsqu'il participera à sa sépulture douze deniers. De même, il a légué à l'autre prêtre, quel qu'il soit, participant à la dite sépulture, huit deniers. De même, il a légué au clerc portant la croix, six deniers. De même, pour l'amour de Dieu, pour l'za rédemption de son âme, de ses parents etc...,et ppur des messes à célébrer, à savoir pour une trentaine à faire dans l'église de Tourves, à savoir vingt sous, à célébrer par messire Raymond Favier, dans l'an qui suit ma mort.

De même, le dit testateur a légué à sa chère fille Sparrone, épouse de maître Guillaume Malet, notaire de Barjols, suivant le droit des institutions et au-delà de la dot que je lui ai auparavant remise, à savoir cinq sous, dans laquelle dot et cinq sous il l'a institué son héritière, et afin qu'elle ne puisse rien revendiquer de plus dans ses biens à lui.

De même, semblablement, le dit testateur a légué à sa chère fille Silete, femme d'Antoine Renaud d'Aix, suivant le droit des institutions et au-elà de la dot que je lui auparavant remise, à savoir cinq sous, dans laquelle dot et cinq sous il l'a instituée son héritière, afin que de ses biens elle ne puisse revendiquer rien de plus.

De même, semblablement, le dit testateur a légué à sa chère fille Baudete, moniale au monastère de La Celle, psuivant le droit de l'institution et au-delà de ce quelle a eu lors de son entrée en religion, vingt sous pour lesquels je la constitue mon héritière, et afin qu'elle ne puisse rien revendiquer de plus de ses biens.

De même, le dit testateur a légué à sa chère épouse, Béatrice de Ture, et il a voulu et ordonné qu'elle soit usufruitière et maîtresse de tous ses biens, quels qu'ils soient, pour sa vie durant, sans constitution d'un inventaire et d'autre formalité, et que des fruits de ces biens elle fasse à sa volonté, et sans autre opposition.

De même le dit testateur a légué, en vertu de droit de legs er de l'institution à son cher fils Hugues de Tourves, et au-delà de la part d'héritage souscrite, à savoir sa demeure de Turri⁷⁶ avec tout le mobilier, sive foyre, s'y trouvant.

Et parce que l'institution d'un héritier est le chef et le fondement de tout testament, pour cela, pour tous ses biens, mobiliers et immobiliers, où qu'ils se trouvent, quel que soit lenom dont ils sont sénommés ou dénombrés, il a institué comme ses héritiers universels ses chers fils Hugues et Geoffroy, à parts égales, outre la maison de Turri susdite, eux qu'il a nommés et appelés de sa propre bouche. Et si l'un d'eux mourait sans descendance ou descendants procrés par lui, il lui a substitué le survivant ou les siens ; et si les deux mourait sans dscendants procrés par eux, il leur a substitué desfilles susdites, Sparrone et Silete, et les leurs.

(...)

.....

068

11 février

99 sans titre

Manca, épouse de johannes Reverditi de Marseille, désigne comme procureur maître Pierre Resplandin, pour le litige qui l'oppose à Matelda Matherone.

Actum Torreves in Curia, presentibus venerabilibus viris domino Jacobo de Lacu, priore de Torreves, Johanne Marquesii, priore de Sayssonno, et Jacobo Jordani.

.....

069

24 février

100 pro Johanne de Lus liberatio cuiusdam hospicii venditi ad incantum

Une maison donnée en chapellenie par Gaufridus de Montilis, prieur de Tourves, menace ruine: à la réquisition de

⁷⁴Hore pour ore.

⁷⁵Pour dictam.

⁷⁶De turri: de la tour (?).

Jacques du Lac, prieur de Tourves, le 8 Février, l'Archevêque d'Aix, par lettre adressée à Pierre Saintgeor, prieur de Gaylet, et vice-official de l'archevêque, le laisse libre de vendre la maison à l'encan. Jean de Lus se porte acquéreur pour dix-huit florins.

... ex tenore huius publici instrumenti cunctis tam presentibus quam futuris fiat notum quod⁷⁷ cum ad requisitionem venerabilis et circumspecti viri domini Jacobi de Lacu, prioris de Torreves, et vigore quarumdam litterarum a reverendissimo in Christo patre et domino domini C(hristi) divina gratia Sancte Aquensis Ecclesie archiepiscopo, directarum et commissarum venerabili viro domino Petro Sanctigeorii, priori de Gayleno, et viceofficiali ipsius domini Aquensis Archiepiscopi, quarum tenor sequitur et est talis:

Tenor extrinsecus ipsarum litterarum: «venerabili viro domino Petro Sanctigeorii, priore de Gayleno, vice officialis nostro in vallibus Brinonie et Sancti Maximini CC.⁷⁸ Aquensis Archiepiscopus. »

Tenor intrinsecus ipsarum litterarum:

«Venerabilis et dilecte amice carissime, pro parte religiosi viri domini Jacobo de Lacu, prioris de Torreves, nobis expositum extitit quod quedam domus Capellanie domini Gaufridi de Montilis, sita in burgo dicti castri de Torreves ruina minatur, et cum dictus rector non habeat unde possit ipsam domum facere reparari, et ne dicta capellenia diminueretur, quod domus ipsa plus offerenti venderetur et primum in utilitatem ipsius capellanie quereretur aut daretur alicui petenti ad census perpetuum annum quem domum ipsam valeret reparari; supra quibus dignaremur licentiam et auctoritatem impartiri, quare volumus et tenore presentium comittimus et mandamus quatenus de premissis vos plenius informetis et si reperiat ita esse prospecta meliori condicione dicte capellenie id ad effectum prodducatur juxta consensiam vestram, quam supra hoc specialiter ordinamus ac auctoritatem et licentiam nostram pl...d vobis concedimus per presentes. Dat(um) Aquis sub nostro secreto signeto, die VIII mensis Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo nono».

...depuppio quedam domus cuiusdam capellanie dotate qondam per quendam dominum Gaufridum Trenelleni, presbiterum, sita in burgo dicti castri de Torreves ante Costellum videlicet in carreria mercati, que confrontatur ab una parte cum hospicio dotali Antonelli Plagencie et cum hospicio Johannis Laugerii alias Magdaloni, et ab alia parte cum hospicio Johannis de Lus et cum carreria viciniali, et ab altera parte cum casali hospitalis pauperum, que teneri dicitur sub dominio et senhoria prioratus Sancti Stephani, cuius prioratus pronunc est prior Jacobus de Lucu ad servitium annum sex denariorum currentium, cuius quidem capellanie pronunc est Rector supradictus Gaufridus Montilii, presbiter ipsius Castri de Torreves, de voluntate et concensu supradicti domini Petri Sanctigeorii, ac de precepto mei, Lazari Bertrandi, baiuli et notarii de Torreves, publice fuerit posita ad incantum, primanis baptizata per ipsum dominum Petrum Sanctigeorii ad florenos auri decem et denique per presens castrum de Torreves et loca ipsius solita incantata per Petrum Syfredi, nuntium dicte curie, spatio decem dierum, ut relatio ipsius nuncii continuit, cuiusque habita informatione per ipsum dominum Petrum Sanctigeorii quod ipsa domus e decem annis citra non fuit conducta Monneto Selhone nisi pretio decem solidorum pro quolibet anno, qui solidi decem in maiori parte anno quolibet essent necessarii in reparationibus dicti hospicii et ad manutenendum dictum hospicium .

Igitur, permissis attentis per ipsum dominum Petrum Sanctigeorii, comissum supradictum in hac causa et volens, ut dicit, condicionem dicte capellanie meliorare, juxta sibi comissa, attento loquerio modico dicte domus, voluit et concessit dictus dominus Petrus Sanctigeorii, hic, die presenti et hora tertiarum ipsam domum liberari deberere plus offerenti in ea ut exinde pretium ex ea conventurum valeat in q...um et comodum dicte Capellanie.

Quibus actis, incontinenter, ego, Lazarus Bertrandus, baiulus et notarius antedictus, concesssis et requisitis supra annuendo, precepi et injunxi Petro Syfredi, nuncio et incantatori predicto quatenus domum dictam sic per decem dies incantata iterato per presens castrum de Torreves et loca solita incantare procuret, et deinde plus offerenti in ea tradat et liberet pretio nquo poterit meliori. Qui nuntius, exequens premissa, iterato dictam domum incantavit et facta tertia substatione, ut more est, per traditionem cuiusdam virge, domum liberavit Johanni de Lus, pretio decem et octo florenorum auri currentium, dicens et referens neminem plus daturum in dicta domo quam dictus Johannes de Lus obtulit se daturum in eadem, ibidemque presente et consentiente supradicto Gaufrido Montilii.

De quibus universis omnibus et singulis, supradictus Johannes de Lus petiit sibi fieri publicum instrumentum per me, notarium publicum subscriptum.

Acta sunt hec Torreves, in burgada ipsius castri, in carriera publica, videlicet ante domum dotalem magistri Raymundi Maure, notarium, in presentia et testimonio Antoni Bermundi, Antoni Monnerii, Monneti Remusati alias Gavoti, Johannes Gavoti eius filli, et Stephani Giraudi, testium ad hec voccatorum et rogatorum.

Postque, anno et die predicto, facto aliquo temporis intervallo, constitutus personaliter supradictus Johannes de Lus, in presentia supradicti domini Jacobi de Lacu, prioris de Torreves, meique notarii et testium subscriptorum, dixit et exposuit dicto domino priore quod cum domus supradicta fuerit eidem publice liberata pretio decem et octo florenorum tamquam plus offerenti in ea, cumque dicta domus dicitur teneri, ut dicit, sub dominio dicti prioris ad servitium annum sex denariorum currentium, petivit igitur dictus Johannes de Lus sibi dictam domum laudari debere, cum paratus sit trezenum solvere. Qui quidem predictus prior, audita requisitione premissa et utconsona illa admissa certifficat...plenarie de liberatione et incantu domus predictae dictum dominum eius que liberationem et omnia et singula in hoc presenti et publico instrumento contenta dicto Johanni de Lus presenti et requirenti laudavit, aprobavit, amologavit et conformavit, ut moris est, pro pollice investiuit videlicet ad habendum, tenendum, vendendum, permutandum pignori obligandum et alio quolibet alionatoris titulo transferendum quibuscumque personis et locis quibus voluerit, exceptis personis sacris, militaribus, religiosis et aliis quibuscumque a jure prohibitis et exceptis, et dicto prioratu suo perinde cabilibus quoquomodo salvo que et rectento sibi et successoribus suis in dicta domo jure prelationis et avantagii laudimia interponendum et trezenum percipiendum totiens quotiens dictum dominum contingerit, vend permutari de persona in personam, in solidum ut in parte et salvo et rettentio

⁷⁷Ce membre de phrase assez solennel, et inhabituel, a été rajouté en bas de première page.

⁷⁸CC. : curia civilis?

servicio annuo supradictorum sex denariorum. Confitens inde dictus dominus Jacobus propria habuisse et recepisse trezenum propria debitum et consuetum, exceptioni ipsius trezeni non habiti et non recepti expresse Renunciens.

De quibus universis et singulis supradictus johannes de Lus petivit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium publicum subscriptum.

Acta fuerunt hec, in dicta burgada de Torreves, videlicet ante domum dotalem Antonelli Plagencie, in qua pronunc regitur curia, presentibus ad hec providis viris Antonio Monnerii, Antonio Bermundi, Raymundo Gavoti, Johanne, eius filio, et Stephano Giraudi, habitatoribus ipsius castri de Torreves, testibus ad premissa voccatis, rogatis, et requisitis.

Et me, Lazaro Bertrandi, notario publico item.

.....

071 101 obligatio sequens de dicta liberatione

J de L reconnaît devoir à Gaufridus Montili les 18 florins d'or ci-dessus, payables à la première réquisition.

Actum ut supra

.....

072 25 février 102 pro Marino Dodoni emptio

Gaufridus Sperelli vend à M.D une terre située à Dunacans pour 5 florins.

Actum Torreves in domo dotali Antonii Plagencie ubi regitur, presentibus domino Jacobo de Lacu, priore de Torreves, Jacobo Carleti et Petro Syfredi.

.....

même jour 103 Refficiatur quia non habuit nisi viginti duos florenorum⁷⁹

Appodixa Antoni Monnerii

Le seigneur de Tourves, Francisquellus d'Arcutia, doit 22 florins à A.M.; il en versera 10 le 4 septembre sur le droit d'alberge que lui doit la communauté de Tourves.. Voir cependant la note du haut de page.

Anno, die et loco predictis, magnificus Francisquellus Arcutie, comes et dominus de Torreves, sponte confessus fuit debere, et debere velle, causa vere mutue gratie et amore Antonio Monnerii, presenti item, florenorum auri viginti duos currentium, quos habuit et manualiter recepit in pecunia aurea, videlicet in florenis auri, in presentia mei notarii et testium suscriptorum, quos viginti duos florenorum idem dominus vult quod dictus Antonius Monnerii percipiat in et supra alberga ad quam tenetur universitas de Torreves eidem in festo Sancti Michaelis, volens quod per visionem dicte appodixe, dicta universitas dicto Antonio Monnerii respondeat de dictis viginti duobus florenis et ipsius cessit eidem

(....)

Anno domini millesimo quadragesimo nono, et die quarta mensis septembris, in presentia et testimonio domini Petri Sanctigeorii, domini Rostagni Fabri, jurisperiti, et ante domum dotalem magistri Antonelli Plagencie, dictus Antonius Monnerii confessus habuisse et recepisse de supradicto domino de Torreves ibidem presente, et in diminutionem quantitatis supradictorum florenorum auri decem currentium. Quitans item

Antonellus Plagencie
P(etrus) Bonifacii
Guillermus Carleti
Jac(obus) Jordani

.....

072 25 février 104 notatum est instrumentum est pro Bertrando Bruni alias lo boyre :

Raymundus Maure, notaire et sa femme Garina vendent à BB un jardin situé à Gorgueta pour 5 florins, libre de droits.

Actum Torreves, item, presentibus Johanne Rebolli, alias Ferandi de Roca, Gaufrido Sperelli de Torreves.

.....

073 25 février 105 pro Jacobo Jordani, diminutio census

Franciscellus d'Arcutia réduit à 2 deniers annuels le cens imposé à JJ pour la vigne en friche de trois fossoirées que celui possède à l'étang.

Actum Torreves, infra domum nobilis Guillermi Giraudi, presentibus domino Petro Sanctigeorii, Guillermo Mamelli, alias Carleti, Antonio Monnerii et Petro Bonifacii.

.....

⁷⁹ Rajout en haut de l'acte.«A refaire parce qu'il n'avait pas les 22 florins»

073 2 mars 106 pro Petro Bonifacii

Gaufridus de Admirato reconnaît devoir à PB, pour l'achat de deux mulets, l'un à poil roux, l'autre « pili maurini⁸⁰ » pour quarante florins, payables à Noël venant.

Actum Torreves, infra domum dotalem Antonelli Plagencie, in qua regitur curia, presentibus magistro Petro Resplandini, Johanne de Lus, Guillermo Sperelli, Gaufrido Sperelli et Hugone Sperelli.

074 2 mars. 107 pro Guillermo Rebolli emptio.

Rostagnus Faverii vend à GR une terre située « apud fucem » pour huit florins.

Actum Toreves, infra domum dotalem nobililis viri Gaufridi de Nogayreto, presentibus Petro Bonandelli et Monneto Symonis de Sancto Maximino.

074 13 mars 108 procuratum domini prioris de Trictis

*Le vénérable religieux Jacques d'Esperon (Sparrono), prieur de Trets, révoque ses procureurs et désigne maitres Hugo Giraudi, Petrum Rameti, Georgius Arnaudi, Ludovicus Campi Floriti, notaire, et les sieurs Bertrand Anteri et Guibert Hugon, prêtres d'Aix, et les sieurs Roland Coste et Pierre Aymar, moines de Trets, les sires nobles Jean Raynaud, Antoine Arnaud, Jean Monnier, experts en droit de Marseille, les sieurs Guillaume de Montilino, **clemonizarius** du monastère de Saint Victor à Marseille, Jean Cotrihat, infirmier du même monastère, Louis Porret, **sartifferus** du dit prieuré.*

Actum Trictis, infra domum habitationis ipsius domini prioris, videlicet in camera, presentibus item Johanne Roberti et Petro Pontii de Trictis.

075 29 mars 109 pro nobili Giraudeto de Torreves emptio.

Guillermus Sperelli vend à G. de T., au nom de sa femme Louise, un pré aux Clausades pour 8 florins.

Actum Torreves, in domo dotali Antonelli Plagencie, in qua regitur curia, presentibus nobili Gaufrido de Torreves, Johanne de Lus et Petro Syfredi.

075 10 avril 110 pro nobili Giraudeto de Nogayreto emptio.

m⁸¹Torcate vend à G. de N., au nom de Louise Segme (Segure?), la femme de ce dernier, un petit pré⁸² situé à la tour, pour 4 florins. Le 12 mai suivant, le seigneur de Tourves l'affranchit de la servitude qui lui est due.

Actum Torreves, infra domum dotalem Antonelli Plagencie, in qua regitur curia, presentibus Isnardo Truqui et Rostagno Faverii.

076 22 avril 111 sans titre.

Le vénérable et religieux Guillermus Gaudini, moine de St Victor, procureur de noble Bertrand de Mantisconsilliis (?) demande à Guil. Tardini de Nans 14 florins.

Actum Torreves, in carriera publica, videlicet in burgada, ante domum dotalem Antonelli Plagencie, in qua pronunc regitur curia, item Johanne de Lus, Esberardo Roque de Torreves presentibus.

076 22 avril 112 pro Petro Boniffacii emptio

Bermundus Bruni vend à PB un jardin situé au Cros de Seysson pour 4 florins et demi.

Actum Torreves, infra domum dotalem Antonelli Plagencie in qua pronunc regitur curia, presentibus nobili Gaufrido de Torreves, Andrea de Selhono, Esbrardo Roque, Gaufrido Bertrandi.

⁸⁰Maurinus: brun noir

⁸¹Le texte mentionne Nobilia : adjectif pluriel neutre de nobilis; probablement ici, un prénom féminin..

⁸²Pradetum, abréviation de pratum, comme pratellum, plus fréquent.

077 même jour, même lieu, mêmes témoins 113 **pro Petro Boniffacii obligatio**

Bermundus Bruni reconnaît devoir à PB 15 florins pour une mule « pili bochandi⁸³ », à payer à Noël pour 10 florins et les cinq restants au prochain Carême.

.....

077 6 mai **recognitiones mei domini de Torreves**

114

Petrus Sabbaterii, fils de Jean, en son nom et au nom de ses frères reconnaît à Antonellus Plagencie, procureur de Franciscellus Arcutie, un jardin pour qui il paie une obole, un casal pour 4 deniers, une terre pour une obole, une terre et un pré pour deux deniers, et une terre pour une obole, payables à Noël.

Anno nativitatibus domino millesimo quadragesimo nono et die sexta mensis maii, Petrus Sabbaterii, filius Johannis, de Torreves, juramento suo et nomine ipsius et suorum fratrum recognovit provido viro Antonello Plagencie, procuratore magnifici Francisquelli Arcutie de Capio, comitis Minerbini et domini de Torreves et eius vallis, se tenere et possidere sub dominio ipsius magnifici domini et eius curie quemdam ortum situm apud collam, confrontatum cum camino publico quo itur Seyssonum et cum orto Johannis Trena et cum orto Raymundi Sauzeti et cum costa dotali Pontii Lauferii, pro quo servit et servire vult unum obolum in festo natale domini

Actum Torreves in domo dotali ipsius Antonelli, sita in burgo, in qua pronunc regitur curia, presentibus Petro Laurentii, Esbrardo Roque

.....

078 115

Le même jour, Petrus Laurenti reconnaît une ferrage à Milhasset au nom de sa femme, Hugue Lombarde, pour une éminée d'anone le 15 août, et une terre « apud lo morre de sorcandet », pour un denier à Noël.

Actum Torreves ut supra. Item Petrus Sabbaterii, Antonio Blaqui.

.....

078 même jour, même endroit,, mêmes témoins. 116 **Alasatia, alias Garina, relicta magistri Maure⁸⁴**

Alasatia reconnaît un pré à Folcart, pour cinq deniers, à Noël et au 15 août, le tiers d'une émine de consiliginis, la moitié d'une ferrage entre les castra de Sayssonno et de Tourves, pour 3 oboles.

Petrus Sabbaterii, Antonius Blaqui

.....

078 7 mai 117 **Antonius Laugerii**

A.L. reconnaît une vigne à Romegos, pour un denier, une maison pour un denier, et une terre apud Tuves, pour un denier.

Actum ut supra. Item Hugo Sanctigeorii, Antonius Bermundi

.....

079 même jour 118

Johannes Laugerii, alias Magdaleni, un pré à Bons Maurons, pour un denier.

Actum ut supra item Hugo Sanctigeorii, Antonius Monnerii, Jacobus Jordani.

.....

079 le même jour 119 **Guillermus Sperelli**

Une vigne à Milhasset, pour quatre deniers à Noël, et un jardin, derrière sa maison.

Actum ut supra item Jacobus Jordani, Hugo Sanctigeorii, Gaufridus de Admirato.

.....

⁸³A poil bouchard : dont le museau est foncé

⁸⁴On apprend ici que le notaire Raymond Maure, personnage important de Tourves, est mort; le 25 février il vendait encore une terre (voir acte n°105). On trouve plus loin (acte n°124), l'acte de tutelle de ses deux enfants.

079 même jour, même lieu, même témoins. 120 pro dicto Sperelli emptio.

Jordanus Barreme vend à G.S. la moitié d'une tannerie, aux tanneries, pour trois florins, libre de droits.

.....

080 même jour 121 Bertrandus Ruphi, alias Pelati

BR reconnaît une terre aux clausades, pour 3 pictes, la moitié d'une terre au même endroit pour un denier, la moitié d'une terre à alelorona, pour 3 oboles.

Actum ut supra item Guillelmus Mamelli, alias Carleti, Monnetus Selhone.

.....

080 8 mai 122 Rostagnus Bermundi

RB reconnaît, au nom de Beatrice, sa filleule, une terre au Pûey de Brassier, pour 3 oboles; une terre, à Blacalhos, pour 4 deniers; un pré à Clavellos, pour deux deniers; une terre apud corniola, pour deux deniers.

Actum ut supra item. Petrus Gasqueti, Berengarius Laurentii

.....

080 12 mai 123 pro nobili Giraudeto de Nogayreto emptio

Beatrix Raymunde, alias Sporete, vend à G de N, au nom de noble Louise Segme, un pré aux Clausades, pour deux florins

Actum Torreves, in burgada, videlicet ante domum Johannis Gavoti, in carriera publica, presentibus ipso Johanne Gavoti, Antonio Scalherii, Guillelmo Laurentii.

.....

081-082 20 juin 124 instrumentum tutele et cure liberorum magistri Raymundi
Maure, notarii quondam de Torreves

Alasatia Garine est depuis peu veuve du notaire RM avec deux enfants, Richarde, une fille de douze ans, un fils, Antonet, de 10 ans. Rostaing Fabre, le juge de la cour de Tourves, la désigne comme curatrice de sa fille et tutrice de son fils. Suit l'inventaire des biens :

(...) octo sesteratas polente item XII metretas vini puri item duas meginas earumdem salsarum item unum mantellum de linido item alique vestes dicti deffuncti pauca valore item quadam sua terra propria sita inter castra de Torreves et de Sayssono servit V emine seminate annone item in quadam sua terra propria apud Valgarnier servit Bartholomeus Gasqueti ad medium tres eminas fabarum item in quadam alia sua terra apud passum de Gayola III sesteratas annone et I sesteratam smatie . Item, Bartholomeus Gasqueti servit in quadam sua terra apud calquerias et ad tertiam partem quatuor sesterats palmele. Item de bonios immobilibus dicit se recepisse quoddam hermanum cum quadam aerea, sitos apud stagnum, confrontatos cum hermano Hugonis Aymaris et cum vinea Hugonis Montane.

Quibus omnibus sic pactis tamque rite et legitime factis, profatus dominus iudex, sedens pro tribunali, suam auctoritatem judicariam interposuit pariter et decretum.

De quibus item

Actum Torreves infra domum Guillelmi Giraudi de Brinonia, videlicet in aula ipsius domus, in qua dictus dominus iudex pronunc reddebat jus, presentibus domino Petro Sanctigeorii, priore de Gayleno, Hugone Sanctigeorii, eius fratre, et Antonio Monnerii, item de ipsius castri de Torreves.

.....

082-083 20 juin 125 Instrumentum emancipationis Johannis Garini

Pierre Garin émancipe son fils Jean, devant le juge Rostaing Fabre. En outre, il lui fait don de sa maison et d'une terre à Valgarnier.

Anno quo supra et die XX mensis junii notum fit ut quod solent parentes in beneficium grande liberos suos per emancipationem a potestate paterna relaxare et ipsos efficere supra jure ut, nexibus absoluti, libertate fervantur ; quod bebeficium consuevit liberorum erga parentes indicere gratitudo, videlicet parentum pietas in liberos effundata, nec illud bebeficium revocatur, pietas quam sola contumaria liberorum qui sui juri.

Item fit quod constitutus quod Johannes Garini de Torreves in curia ipsius castri, in presentia nobilis et circumspecti Rostagni Fabri, jurisperiti, in ipsa curia, more maiorum pro tribunali sedens, presente ibidem Petro Garini, patre ipsius Johannis qui, flexis genibus et junctis manibus, eidem patre suo cum instantia quam potuit humiliter suplicavit et etiam requisivit ut eumdem Johannem emanciparet et a nexibus paternis totaliter liberaret. Qui dictus Petrus garini, pater dicti Johannis, supplicatione et requisitione ipsius benigne admiss, in dicti domini iudicis meique notarii et testium subscriptorum presentia,

preffatum Johannem filium suum presentem et humiliter postulantem ut supra in solempni incornemente per manum suam cupiens prout melius et firmiter de jure pnt emancipavit et a manibus suis a sua paterna potestate relaxavit dictum Johannem, filium suum,(...)

Quibus omnibus sic pactis, idem dominus judex, ut supra pro trinunali sedens, suam auctoritatem judicariam interposuit pariter et decretum item. Et in premium dicte emancipatonis, dictus Petrus Garini sponte item dedit dicto Johanni filio suo emancipato presenti item quamdam suam domum sitam in vallegarniero, confrontatam cum hospicio Stephani Gavoti et cum camino Masselhesio et cum carriera vicinali item et quamdam terram ibidem in valle Garniero confrontatam cum terra dotali Johannis remusati et cum terra Alasaxie Garini.

(...)

Acta fuerunt hec Torreves in quadam domo dotali Antonelli Plagencie in qua pronunc regitur curia, presentibus ibidem magistro Petro Resplandini, Jacobo Jordani, Esbrardo Roque, magistro Petro Porrelli de Torreves.

.....

083-088 20 juin, puis le lendemain et le surlendemain. 126 pro liberis Bertrandi et Guillermi Gasqueti fratrum quondam de Torreves

Anno domini millesimo quadringentesimo nono et die XX mensis junii, notum sit quod constitutus in curia castri de Torreves et coram nobili et circumspecto viro Rostagno Fabri, jurisperito, iudice quoque dicte curie in ipsa more maiorum pro tribunali sedente, Petrus Gasqueti, filius quondam Bertrandi Gasqueti, exhibuit et presentavit ipsi domino iudice quamdam papiream cedulam, quam petiit legi per me notarium subscriptum, requirens et petens prout in ea continetur cuius quidem cedule tenor sequitur et est talis:

«Coram vobis, nobili et circumspecto viro, domino Rostagno Fabri, jurisperito, iudiceque vallis de Torreves, in curia ipsius castri de Torreves more maiorum pro tribunali sedente, exponitur pro parte Petri Gasqueti, filii quondam Bertrandi Gasqueti, b...anii dudum hiis annis nuperrime defluxis, causante morte <dom>pne Beatricis Gasquete, eius avue paterne, bonis communibus ipsius Petri,

(lxxv) Libete, eius sorroris, Guillermi quoque et Suannete Gasquete, germani et germane eius, idem Petrus fuerit datus tutor et gubernator sub certis modis et formis contentis in tutela, ipsa in notum recepta per magistrum Petrum Resplandini, tunc tempore presentis Curie notarium, et decreta per quondam dominum Antonium de Bayonis, iudicem perlibate⁸⁵ Curie, ipso Petro in etate existente viginti annorum videlicet circa; cumque idem Petrus ad habendum officium tutele et gubernationem bonorum predictorum secundum juris exhigentiam astringi non valeret nec eidem concedi deberet cum egeat curatore salva reverentia, quo dedit et concessit necnon dum reputet se habilem ad bona predicta gubernandum et regendum, sed de ipsis bonis cupiat et intendat pervenire ad divisionem, primum redditus et auditus conpotis eius, cum in premissis sic actis ante omnia petat se restitui in integram, requirit vos ideo, dictum dominum iudicem, cum Summa instantia quanta potest et debet quotiens, providendo de remedio opportuno et indemnitati ditorum liberorum propter eius fragilem gubernationem, cum ipse adhuc indigeat gubernatore et curatore, ut ipsi Petro dignemini providere de curatore, necnon et aliis liberis de tutore, quibus datis divisionem ipsorum bonorum communium, comittatis quibus vobis videbitur comittendum et, in agendis vestram iudicariam⁸⁶,

lxxi

auctorem interponere peritum et decretum, et in premissis et circa permissa evocari dominum Petrum Sanctigeorii, magistrum Petrum Resplandini, dompnam Bertrandam Raybaude, avuam maternam supradictorum Guillermi, Gassende et Suamiete, sorror(is) ipsius Guillermi, Antonium Bermundi, Antonellum Plagencie et quoscumque alios affines et amicos liberorum predictorum, quo de premissis consientiam vestri domini iudicis valeant informare sic in premissis, vestrum benignum officium inplorando; alioqui, si se cus fiat, quod non credit, protestatur solempniter de justitia sibi denegata et de habendo Recrastinum ad superiorem per viam appellationis aut aliter et de non impediendo nec se intromittendo abinde inana de gubernatione et administratione bonorum predictorum et de omnibus dampnis, expensis et interesse que, quas et quod pateretur actione premissorum ».

De quibus dictus Petrus Gasqueti, una cum reponsione dicti domini iudicis, aut sine, petiit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium publicum superscriptum.

Et dicta cedula fuit acta, <lecta <et publicata mandato dicti domini iudicis per me, Lazarum Bertrandi, baiulum et notarium curie predictae. Qua lecta et putata, dictus dominus judex,

lxxi r°

annuens petitis, iussit citari supradictos in dicta cedula nominatos necnon et ceteros nominandos per dictum Petrum Gasqueti, ad diem castrinam in tertiis (et?) etiam syndicos predictae universitatis sub pena librarum quinquaginta pro quolibet.

Acta fuerunt hec in domo quadam dotali Antonelli Plagencie, in qua pronunc regitur cum presentibus ad hec Jacobo Jordani, Antonio Monnerii et Petro Bonifacii ipsius castri de Torreves.

Postque, anno quo supra et die XXI mensis Junii, constitutus supradictus Petrus Gasqueti in supradicta curia, et coram supradicto domino iudice ut supra pro tribunali sedente, et presentibus ibidem domino Petro Sanctigeorii, magistro Petro Resplandini, Antonello Plagencie, Stephano Guisi, Johanne de Selhone, Antonio Monnerii et Hugone Sanctigeorii et Rostagno Faverii, syndicis universitatis predictae de Torreves, vottatis seu citatis juxta ordinationem dicti domini iudicis, petiit et requisivit

⁸⁵Prelibatus : supérieur

⁸⁶Judiciarius, adj, mais iudiciaria, f: acte de jugement, procès, décision de justice.

ut supra in dicta cedula continetur.

Et dictus dominus iudex, habita informatione a supranominatis quod dictus Petrus Gasqueti nondum est etatis XXV annorum, nec adhuc attingit xxiii annos, nec abilis est ad regendum dicta bona de voluntate communi et nominatione predictorum liberorum, dictus dominus iudex dedit et decrevit in curatorem persone et bonis dicti Petri Gasqueti et in tutorem persone et bonis Bilete Gasquete, eius sororis, et de consensu et voluntate Aygline, matris dictorum Petri et Bilete, ac nominatione, Antonellum Plagencie, eorum vitricum⁸⁷ et maritum dicte Aygline ac etiam dedit et decrevit in curatorem et curatricem persone et bonis Suannete Gasquete et tutorem et tutricem persone et bonis Guillermeti Gasqueti, fratris dicte Suamiete, consanguinorum germanorum supradictorum Petri et Bilete, Johanem de Selhono, eorum avunculum et Bertramand Raybaude, eorum avuam maternam et ad nominationem supradictorum. Cui quidem Antonellus Plagencie, Johannes de Selhono et Bertranda Raybaude, omnes et quilibet ipsorum prout quilibet tangit, promiserunt et ad Sancta dei Evangelia iuraverunt item et reddere debitam rationem item sub obligatione item renunciantes item Et fideiussor pro dicto Antonello et cum eius voluntate Ayglina, uxor ipsius Antonelli, et dicti Johannes de Selhono et Bertranda Raibaude, fideiussor unius pro alio, item sub obligatione item renunciantes item et specialiter dicta Ayglina et Bertranda omni jure muliebri ita iuraverunt ... volentes item inventurum de bonis communibus dictorum liberorum dicti tutores, tutrix, curatores et curatrix permiss Signis sancte crucis venerabilis pro quolibet

(lxxii v°) ipsorum appositis manibus eorum propriis + + ⁸⁸inchoare dixerunt reperisse quoddam hospicium situm in borgada ipsius castri de Torreves confrontans ab una parte cum hospitio Hugonis et Petri Montane, fratrum, et, ab alia parte, cum hospitio heredum Ricardini Roque et cum carreria publica item, et Bertranda Raibaude, curatrix et tutrix, cum propter fragilitatem sexus item de permissu et auctoritate dicti domini iudicis periculo bonorum item actores item videlicet magistrum Petrum Resplandini, presentem, item magistrum Ranietum Georgium Hugonem Guiramandi Ludovitum campi floriti de Aquis, Johannem de Balma, Guillerum Botini, notarium de Sancto Maximini, de Massalia, magistros Petrum Frequerie, Isnardum Pauli, item absentes dans item promittens item

fideiubens item obligans item remittens item et specialiter omni jure muliebri

Cumque sic actis praemissis, proffatus dictus iudex, volens providere petitis et requisitis supra, ordinavit computa ipsius Petri audiri et examinari incontinenter, cum idem Petrus offerit se promptum incontinenter illa reddere et et auditionem et examinationem illorum remisit Antonio Bermundi, Stephano Guisi, Antonio Monnerii, Hugoni Sancti Georii et michi, Lazaro Bertrandi, baiulo et notario curie predictae, ac magistro Petro Resplandini, quibus auditis, petivit de permissis referri et in permissis auctorem suam judicariam interposuit peritum et decretum

De quibus item dictanda iustitia

Actum idem ubi supra item dictus Petrus Sanctigeorii, Petrus Bonifacii, Guillelmus Carleti et magister Petrus Porelli.

Deinde, anno quo supra et die XXII mensis junii, constituti Supritus Minati, Antonius Bermundi, Stephanus Guisi, Antonius Monnerii, Hugo Sanctigeorii et magister Petrus Resplandini, et presentibus dictis curatoribus, concurreto et contutrice ac aliis supranominatis amicis et affinis liberorum supradictorum, videlicet in curia supradicta et coram dicto domino iudice in ipsa, more maiorum, pro tribunali sedente, retulendo dixerunt eidem domino iudice se audivisse et diligenter examinavisse computa ipsius Petrus Gasqueti, in quibus quidem compotis fuerunt notata aliqua dubia per affines supradictorum Guillermi et Suannete Gasquete, et ibidem, coram domino iudice et presentibus, fuerunt dicta et lecta per magistrum Petrum Resplandini Curie, et Johanni de Selhono compota ipsa post redditionem fuerunt tradita, de ordinatione supradicti domini iudicis, si aliqua impigra volebat in ipsis compotis et demum omnibus auditis et pluribus rationibus allegatis per affines utrumque⁸⁹ partium, dictus dominus iudex, volens preterere ipsorum laboribus et expensis partium predictarum, habita conferentia cum supradictis curatoribus et tutoribus ac concutrice et contutrice et aliis amicis communibus liberorum predictorum, et cum consensu et voluntate ipsorum, idem dominus iudex decrevit et ordinavit quod compota persufficientia habeantur attenuus⁹⁰ quod dictus Petrus Gasqueti nescit scribere et quod per alienam manum oportuit illa computa scribere facere cum memoria hominis labilis sit *victis*, attento quod minor XXV annis consistit, quodque omnia bona dividi debeant equis partibus, sic quod una pars ipsorum bonorum sit Petri et Bibete Gasquete et alia pars sit et esse debeat Guillermeti et Suannete Gasquete, cum hac condicione adjecta quod causante morte Bacione Gasquete quondam sororis ipsorum Petri et Bibete et ratione dotis ipsius Bacione, et pro iuribus competentibus in dictis bonis ipsis Petro et Bibete, ipse Petrus Gasquete et Bibeta, seu alii eorum nominati et pro eis pro ipsis iuribus inde petere possint in bonis predictis, sed jura illa inter ipsos liberos sint et esse debeant communia, quorum bonorum divisioni idem dominus iudex comisit providis viris Antonio Monnerii et Antonio Bermundi, amicis communibus liberorum predictorum, ibidem presentibus, et intelligenter prius habito ab eisdem juramento corporali quod in divisione huius bonorum se bene, diligenter et fideliter habebunt et deinde post modum referant mihi Lazaro Bertrando baiuolo et notario dicte curie. Tunc preffatus dominus iudex illa comisit et ad hunc actum totaliter vires suas.

De quibus quolibet pars petiit instrumentum dictandum item

Actum Torreves infra quamdam domum dotalem Antonelli Plagencie in qua pronunc regitur cum presentibus jacobo Jordani, magistris Petro Porelli, Petro Resplandini, notario, Esbiurd Roque, Guillermo Carleti et Hugone Sanctigeorii ipsius castri de Torreves.

⁸⁷Vitricus, i, m: mari d'une veuve remariée avec enfants.

⁸⁸ Ce texte vient manifestement de l'inventaire des biens. Il n'a rien à faire ici.

⁸⁹ Uterque a ici été mis au pluriel, contrairement à l'usage classique.

⁹⁰ Pour hactenus: pour le moment.

L'an du seigneur mille quatre cent neuf et le vingtième jour du mois de juin, qu'il soit connu item que, comparaisant dans le bourg de Tourves et devant noble et avisé sieur Rostaing Fabre, expert en droit et juge de la dite cour, siégeant en tant que tribunal suivant la coutume même des ancêtres, Pierre Gasquet, fils de feu Bertrand, a montré et présenté au sieur juge lui-même une cédule en papier qu'il a demandé à lire et à publier par moi, notaire soussigné, exigeant et demandant ce qui y est contenu. Et la teneur de cette cédule suit et est telle:

